nulla sq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemis-
sa omnia penis simplicibus vel triplicatis cvasionibus suspensionibus fatalibus
iuris exceptione Terrestri bello Conventioneque ac aliis omnibus iuris remediis et
defensis non subterfugiendo hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Zosanski Blazowskie Debet.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castren. Capitan. Premislien.
Nobilis Hrehorius Zosanski sanus mente et corpore existens a Ter-
ris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et compe-
tentibus recedens huic autem iurisdictioni Castren. Premislien. quoad actum
praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quantis omnibus totaliter
et plenarie incorporando et subiiciendo palam libere publice ac per expres-
sum recognovit. Quia ipse Nobili Hrehorio Blazowski civibusque posteris sum-
mam Centum florenorum pecuniae polon. communis monetae et numeri in Regno
currentis quemlibet grossis florenum triginta polon. computando certi veri
iusti et liquidi debiti mutuatique pecuniis tenetur atque debet. Quam qui-
dem ante summam Centum floren. polon. idem reus se suosque successores in et super
bonis suis quantis omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis eidem
Creditori suo civibusque posteris hinc pro die et festo Conversionis Sancti Pau-
li Apostoli proxime et immediate venturo dare solvere et coram officio
actisque praesentibus Castren. Capitan. Premislien. realiter et in effectu reponere et
relinquere repositam et relictam [illegible] ab eodem officio non [illegible]
necesse stare vel quovis alio modo impugnare. Sub vadio simili sum-
mae Centum floren. pecuniae polon. per praedictum reum Nobilem Hrehorium Zo-
sanski aut eius successores supradicto Hrehorio Blazowski aut eius suc-
cessoribus ob non solutionem summae praefatae primitus pro tempore et loco
supraexpressis ad solvendum succumbendo. Caeterum idem reus Nobilis Hre-
horius Zosanski eidem Creditori suo civibusque posteris dat et concedit
plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem
debitoriam ex hisce Actis Castren. autentice depromptam ad Acta Terrestria
Premisliensia quandocunque voluerit transferendi et transportandi quam

transportatam

transportatam tantum robur et valorem tamquam personali recognitione habi-
turam declarat ac si per ipsummet reum transportaretur. Pro quo quidem
vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro summa ipsa principali
~~soluta solvenda~~ supradictum reum Nobilis Hrehorius Zosan-
ski aut eius successores Ad instantiam praedicti Nobilis Hrehorii Blazo-
wski Creditoris sui aut ipsius posterorum Ad officium praefatum Castren.
Capitan. Premislien. ex tunc recessu supradicto quoad respondendum
spectat mediante semper in primo citationis termino tamquam peremptorio
stare iuri parere vadium praedictum luere inscriptioni huic satisfa-
cere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad
eadem omnia obligat eumque terminum primum peremptorium et alios omnes
consequentes causae eiusque terminos semper peremptorios [illegible] infirmitate
pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servi-
tio militari ad munimentum ad [illegible] vel aliis quibuscunque dilationibus et
legalibus impedimentis non differendo ad quietationem vel [illegible] proximos Terminos
officii praefati Castren. Premislien. dilationem sibi non recipiendo nullasque
motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia
penis simplicibus vel triplicatis cvasionibus suspensionibus fatalibus iuris
exceptione Terrestri bello Conventioneque et aliis omnibus iuris remediis et de-
fensis non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Dobrzanska Blazowskiey obligat.

Ex Cod.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castren. Capitan. Pre-
mislien. Nobilis Anna filia Nobilis olim Pauli Blazowski Szykowski (?)
Nobilis vero Fedor Dobrzanski Suyczyt (?) consors legitima cum eiusque
mariti sui [illegible] coniugalis personali assistentia et [illegible] ad infra-
scripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens a Terris di-
strictibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus rece-
dendo huic autem iuribus doni Castren. Premislien. quoad actum praesentem
attinet se cum successoribus bonisque suis quantis omnibus totaliter et plenarie
incorporando et subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit